

Hanem keress sokkal különb s nagyobb embert,  
 A ki becsületet ártatlansággal nyert.  
 Úgy nevelte díszét régi eleinek,  
 Hogy annak módjában nem tett kárt senkinek.  
 Ki magát igazán nagynak azzal tette,  
 Hogy a mely nagyságot más áld : megvetette.  
 Ilyen igaz magyart e sírnak gyomrában,  
 Találsz királyfalvi Róth Tamás hamvában.  
 Hetvennégy esztendő volt élte határa,  
 Negyvenhatig társa Vattay Barbalya,  
 A ki ily jó férje halálát siratja  
 S vele egyetlenegy Johanna magzatja.  
 Gróf Teleky József élete párjával  
 S négy új csemetékre terjedett házával,  
 Ezerhétszáznyolcvankettőben írának  
 Tizennyolczad napján Szent-Iván havának,  
 A midőn megszűnék ő benne az élet,  
 Avagy inkább csak más természetővé lett,  
 Azólta tetemít ez a kősr zárja,  
 S annak éltet-adó trombitaszót várja.  
 Finis.

(A verseskönyv 75—76. lapjain.)

## XV.

Vitéz, király, gazda, bíró, philosophus,  
 Tűdős, főpoeta és finum musicus,  
 Csak kár, hogy Istennel nem egyez elméje,  
 Kár királynéjának csak társa, nem férje.

(A verseskönyv 79. lapján.)

BAROS GYULA.

## ID. CSÉCSI JÁNOS ÉLETRAJZA.

### I.

A sárospataki kollégium könyvtárának kéziratai között van egy 16-rétű kis könyv, mely ma — néhány üresen maradt levél elpusztulása után összesen 204 levélből áll és »*Biographia Johannis Tseetsi Senioris, scripta a Johanne Tseetsi filio*« címíráttal van ellátva. Maga a könyv két részre oszlik: az első rész, az 1—32. levél, a címlapon kívül id. Csécsi János életének évek szerint való elbeszélését tartalmazza, a másodiknak (33—204. levél) minden egyes lapja egy-egy napnak a címét viseli a Kalendárium rendje szerint, január 1-től december 11-ig, s helyenkint (jan. 20., 22.,

febr. 9., 11., április 24., 27., május 11., 14., 18., 20., 29., június 11., 24., jul. 4., 12., 27., szept. 2., 3., 7., 20., 27., okt. 4., 10., 25., nov. 1., 12., 20., decz. 6., 7.) az első részben elmondott eseményeknek az illető napra eső részleteit ismerteti, naplószerűleg.<sup>1</sup>

Maga a mű eleitől végig ifj. Csécsi Jánosnak jól olvasható írása, melyből csak itt-ott mosódott el, vagy esett áldozatul későbbi kitépésnek egy-egy szó; csupán az 56—66. levélen vannak idegen kéztől származó írka-firkák, majd — II. József korából — egy iskolai földrajznak csinosan irt töredéke, és a 2. levélen lévő kései bejegyzés: »Daniel Göbel possidet hunc Librum. Die 18-va Marty. Ao, 1772-do« tanuskodik róla, hogy a könyv nem sokkal ifj. Csécsi János halála (1769. jun. 1.) után, 1772-ben már idegen kezekre jutott.

Maga ifj. Csécsi János a kötetet az első levélen olvasható bejegyzés szerint (Annumeratur Libris Tseetsi Ab Ao. Aerae Christi 1708 25 Julii) 1708-ban, jul. 25-én, egy hónappal azután, hogy atyját eltemette, sorozta könyvei közé, s aztán későbbi sok bú-baja, szenvedése között nem egyszer pihentethette meg szemeit lapjain. 1733-ban, november havának egyik estéjén, beleírja az ő szeretett hitvesének halálozását: Uxor mea dilectissima Maria Ubrisi obiit Ao. 1730 25 Octobris Aetatis Ao. 32 Matrimonii 16<sup>1</sup>/<sub>4</sub> — és hozzáteszi: »Scripsi infelix maritus a. d. 8 Novembris 1733 Viduitatis die jam 1111 — Aetatis Anno 44.«

Szerencsétlen volt már akkor nagyon és hivatala elvesztésének jóformán előestéjén állott. Ezek az egyszerű lapok azonban földézték lelkébe családját, apjának küzdelmeit és dicsőségét, vigasztalást adva elborult lelkének.

## II.

Annus Christi MDCL. 1650.

Hoc anno Editus est in hanc lucem ex Patre Georgio, Matre vero Dorothea in Pago Comitatus Abaujvariensis Szakally<sup>2</sup> dicto, mortuo statim post Nativitatem Fratre, quos Mater gemellos peperit, die 14 Junii Hora VII Matutina.<sup>3</sup>

## MDLIII.

Hoc Anno simul cum Matre sua (Patre fugam sibi consulente) a Praedatoribus Turcis totum Agrum illum depraedantibus et multos Pagos

<sup>1</sup> Alább röviden »napló«-nak nevezve.

<sup>2</sup> Ma: Szakoly.

<sup>3</sup> »Hora 7 matutina, minuta x, cum Sol in quarto Gradu Cancr.« L. Napló, 119. l.

Exurentibus Agriam in Captivitatem ducitur cum ingenti hominum captivorum Turba, ubi a Domino suo Turcā alii Turcae (qui Matrem Captivam duxerat) venditur, qui eum Pro Filio proprio habuit.

## MDCLV.

Hoc Anno Opera Patris sui ex aere Nobilis Cuiusdam Francisci Kormos ex Captivitate liberatur simul cum Matre et Sorore jam in Captivitate nata datis in Lytro pro qualibet persona 110 Daleris in Summa 330, Facientibus florenos Hungaricales 192.

## MDCLVI.

Hoc Anno pro Exsolvenda residua Lytri sui parte Cum Patre suo Regnum mendicando obire Cogitur et Piis Ecclesiis per stipem Erogare, Compedes suos Captivales ubique circumferens, quum etiam mendicatione tantum quanto Lytrum exsolvat, conquirat, large ei hominibus Elemosynam suppeditantibus ad Stuporem et invidiam Concaptivorum reliquorum.

## MDCLVII.

Hoc Anno una Cum Patre suo et tota Familia ex Patria sua Szakally in Pagum eiusdem Comitatus Tséts migrat eo, quod domo et omnibus facultatibus Pater in Priori loco privatus fuerat, et quod nobili illi Francisco Kormos qui ad persolvendum illud Lytrum 100 Daleros contulerat se subjecerit.

## MDCLVIII.

Hoc anno Omnibus facultatibus Ob Turcarum vastationem exhaustus Pater juxta suum votum, qui hunc Deo dedicatum a Nativitate voluit, cum facere non quivisset, Porcis Custodiendis praecepit, ignorans velle Deum per hunc homines et Animos custodiri ad salutem.

## MDCLIX.

Hoc Anno aliquanto opulentior factus Pater Sagacitate ingenii Pueri et benevolorum verbis motus eum a Porcis removit et juxta antiquum suum votum Scholis dedicavit, mittens in Triviale Pagi hujus Tséts Scholam, a qua Schola et Pago nomen suum accepit. Quo die unico, quo scilicet ad Scholam ductus est, ad Stuporem Magistri sui totum Alphabetum memoriter didicit.

## MDCLX.

Hoc Anno ex Schola Pagi huius in Scholam Patriae suae Szakally reducitur, ubi a Sorore quadam sua sustentatus Studia et Scholam continuat.

## MDCLXI.

Hoc Anno Pater ejus Expensus pro studiis Filii facere nolens eum Scholis interdicere facit et rebus suis Rusticanis applicat, multis tamen Conjugis quaerelis et lacrymis motus et quod totam rebus Sacris inclinationem videret Filii sui, post non longum tempus iterum Magistro Scholae eum docendum tradidit.

## MDCLXII.

Hoc Anno in Tertiam Scholam Pagi scilicet Nagyida, Pago Szakaliy contermini, ducitur hospitans in Molendino, ubi Magistrum crudelissimum et nefarium habuit, nec ad docendum Commodum, quare Scholam hanc diu continuare non potuit.

## MDCLXIII.

Hoc Anno ex vilibus his Scholis in Scholam magis florentem Oppidi Szepsi Comitatus ejusdem ducitur, ubi foeliciores sui studii fecit progressus, Rectoribus usus foeliciores. Quo Anno posteaquam hactenus saltem Rudimenta litterarum didicisset, Grammaticam discit et foelicitate discit.

## MDCLXIV.

Hoc Anno in hacce Schola postquam Grammaticam fideliter perfecisset, et Praeceptorum suorum Judicio Superiori classe dignus judicatus fuisset, in classem syntacticam collocatur ad discendam Facultatem illam.

## MDCLXV.

Hoc Anno ex voluntate Domini sui alte dicti ex Schola hac per Patrem suum in Celebre Gymnasium Saros-Patakiense ducitur. Cui regendo Tunc praeerant DDs Mich. Buzinkai, Joh. Pósaházi, Valent. Köpetzi. ubi Conducto Hospitio Grammaticam, cui jam interdixerat, iterum resumit, et eodem die quo Classem intrat, more Consueti Puerorum Imperator designatur.

## MDCLXVI.

Hoc Anno syntaxim, quam alibi jam discere coeperat, discit et absolvit quam laudabiliter, habens suos Condiscipulos Praenobiles: Paulum Gyürki, Abraham Vay, Adamum Vay, Franciscum Tsitseri, Martinum Puki, Franciscum Ilosvai, Franciscum Kökényesdi et alios quam plurimos.

## MDCLXVII.

Hoc Anno hospitio suo antiquo mutato syntactiaque relicta Poësim studere incipit, quam etiam facultatem fideliter toto hujus Anni Spatio ediscit et absolvit, Publica Oratione metrica juxta morem consuetum habita.

## MDCLXVIII.

Hoc Anno Poësi quoque absoluta Rhetoricam et oratoriam, logicaeque primordia discit, Condiscipulis usus omnibus supra memoratis, quos etiam facultates hoc anno laudabiliter absolvit, Publicas in Auditorio habens coram toto Coetu Perorationes.

## MDCLXIX.

Hoc Anno superans jam Classibus omnibus ad Publicam promovetur Logicam laudabili industria ediscens, condiscipulisque suis collegiatim revocans, qua etiam absoluta Scholae Patakinae valedicit, utpote impar, ut habitum Scholae huius Legibus conformem compararet et juxta Alumnos Scholae huius vitam traheret. Itaque in Scholam quoque non parum illustrem Cassoviensem transit Mense Decembri.

## MDCLXX.

Adscitus Cassoviae in numerum Studiosorum, postquam Albo Scholae inscriptus fuisset, studia sua Theologica, Metaphysica, Physica, Ethica, Graeca nec non Logica diligenter continuat habens Professores Doctissimos DDDD Alexandrum Fel-vintzi,<sup>1</sup> Gerhardum Kabai,<sup>2</sup> Paulum Líznyai,<sup>3</sup> Petrum Almási.

## MDCLXXI.

Hoc Anno a fidelibus Praeceptoribus suis Classi Grammaticam dedocendae praeficitur, juxta quam constudiosis suis logicam revocat, utroque munere satis probe defunctus. Quo anno etiam infortunata scolopum suum iuxta urbem exonerans per ictum globi partem digiti sui intermedii manus dexteræ amisit.

## MDCLXXII.

Hoc Anno ab iisdem suis Magistris arti Syntacticae praeponitur, quam cum fideliter docet: operam dat et Graecis literis, quas suis commilitonibus diligenter praeundo docet. Eo etiam Anno cum Schola aliquamdiu excessisset et ad Patronum suum Franciscum Kormos secessisset, cum eodem a Militibus Francisci Rákóczi Principis capitur et in Fortalitium Regetz deducitur, ubi Mensibus Octobri et Novembri perpresso Aresto clam se ex Muro Arcis praecipitat. Salvus tamen evadens nullis consciis diutissime in Patria sua latitat.

<sup>1</sup> V. ö. Bod, Athénás, 84. Magyar nyelvű munkáit; I. Szabó K. RMKvt. I. 1230., 1279., 1315. sz. a.

<sup>2</sup> Bod, i. m. 125—126. I. Szabó K. i. m. I. 1208., 1220., 1280. II. 1398. sz.

<sup>3</sup> Bod, i. m. 162—3. I. Szabó, i. m. I. 1421. II. 1609., 1658., 1729., 1730. sz.

## MDCLXXIII.

Post hunc casum Cassoviam venire non audens Militibus se adiungit et totam hyemem inferiores Hungariae Partes visitando consumit. Unde redux Cassoviam repetit et Poësim docendam subit, quam etiam toto Anno publice continuat, nec non Theologiam Maresianam Praeside Professore Alexandro Felvintzi sociis suis laudabiliter revocat. Quo etiam duorum mensium aegritudine qua morti vicinissimus fuerat, affligitur. A quo tempore ad Annum usque 1701, quo in similem aegritudinem incidit, ab omni, vel unius guttae aquae potu mirabiliter abstinuit.

## MDCLXXIV.

Hoc Anno cum Rhetoricam publice docendam et Ethicam privatim revocandam subiisset, tota Schola [ ] per Papistas turbatur et omnes Scholares Regno excedere iubentur, quo facto [ ] cum Plurimis Condiscipulis et Professoribus suis Transylvaniam venit, Debretzini relictis Professoribus Albam Juliam. exurbanae Scholae Patakinæ Residentiam salutatur Professoribus D. D. Michaelae Buzinkai et Johanne Posaházi A. L. M.

## MDCLXXV.

Hoc Anno in Illustri hacce Schola studiis Theologicis et praeprimis literis Ebraicis fidelissime discendis incumbit, in quibus tantos brevi temporis spatio fecit progressus, ut Grammaticam insignem Ebraicam ipsi quoque cl. Joh. Pósaquí eiusdem Facultatis Professore maxime Commendatam concinnarit et magnae Juventutis Scholasticae Parti ejusdem Lingvæ Principia laudatissime et ad stuporem omnium revocavit.

## MDCLXXVI.

Hoc Anno a Professoribus suis Praeceptor Artis Grammaticae jam antea a se Cassoviae doctae Constituitur, quam Spartam fidelissime peragat admirante ipso quoque Celebri Viro Cl. D. Mich. Buzinkai ob accuratam et Methodicam institutionem, optimamque Pronuntiationis Accurationem. Quo etiam Anno nimiissima et Hebdomadarum aegritudine et Cephalaea intensa affligitur, in qua cum sanitate incomparabilem Capillorum suorum jacturam fecit. Eo etiam Anno mense Julio Matrem suam Dilectissimam Dorotheam unius diei saltem aegritudine mortuam amittit.

## MDCLXXVII.

Hoc Anno iterum docenda Classe syntactica, ea quoque jam a se docta ornatur. Juxta quam Medulla Theologiae Amesii<sup>1</sup> revocanda traditur, quas utrasque Facultates, hanc Studiosis Togatis, illam Pueris laudatissime revocat, annum hunc utroque docendo implens.

<sup>1</sup> E mű később — 1685-ben — Debreczenben is megjelent Töltési István kiadásában.

## MDCLXXVIII.

Hoc Anno Praenobilium sex Adolescentum Magnatis Nicolai Tholdi de Szalonta Filiorum Paedagogus constituitur, cum quibus cum hyemem totam extra Scholam in Possessione Bolgár eos docendo transegiſſet, cum iis Scholam repetit et Paucis post diebus Praesidium Logicae Buzinkaianae<sup>1</sup> subit, quo munere toto hoc Anno defungitur. NB. Quo etiam Anno consilio nescio quo animum ad Conjugium applicat, volens ducere Nobilis Cujusdam Filiam, a quo tamen ab huius Parentibus Deo sic volente repudiatus est.

## MDCLXXIX.

Hoc Anno Mense Januario in numerum Primariorum Scholae civium receptus post VII dies totius Scholae Civium Suffragiis Senior creatur. Quod officium ad initium sequentis Anni Exemplo raro laudatissime administrat simul cum Paedagogia, juxta quae officia totius Anni huius decursu Physicam, Metaphysicam et Pneumaticam Pósaházianam<sup>2</sup> Civibus omnibus Scholae docet.

## MDCLXXX.

Hoc Anno Mense huius Januario superato jam Decimo Status Scholastici Anno, absque ullo officio, Scholae et toti Regno Transylvaniae valedicit, animo Deo se totum committente in Hungariam egressus, volens servire Hungariae praeprimis Patriae suae dulcissimae, et sic Seniore Ikafalvi ei surrogato in Hungariam venit, ubi extra spem et insperato in itinere quasi ex abrupto Scholae Tallyensi bellorum turbini- bus et persecutionibus attritissimae praeficitur cum ab II. retro annis Schola illa Rectore caruisset.

## MDCLXXXI.

Hoc Anno, ut et praeterito Spartam suam sibi Divinitus datam pro re nata pergit, non erubescens [ ] classium et Facultatem fructuosissimus Praeceptor et Praeses, collegii laudatissimus Senior et quam plurimis Vocationibus invitatus Juvenis sub toto biennio nil praeter sola literarum initia Pueris Alphabetariis inculcare et inter ipsos sedens nil praeter A et B docere, toto Animo Ecclesiae Dei Promovendae et augendae intentus.

## MDCLXXXII.

Hoc Anno congestis sibi ex biennis Rectoratus fructu plus minus 30 vinis iisque 900 praeter-propter Florenorum praetio venditis Animum adjicit salutare Regna Exstica, quam intentionem ne minimis quidem hac-

<sup>1</sup> Compendii Logici Libri Duo. Labore et industria Michaelis Buzinkai. Patakini, 1661., 1668. Lőcse, 1696. és 1702.

<sup>2</sup> Philosophia Naturalis. Authore Joh. Posaházi. Patak, 1667. — Ars Catholica. Vulgo Metaphysica. Patak, 1662. — Pneumatologia. Patak, 1662.



tenus cogitaverat, et sic Scholae valedicit succedente ipsi Georgio J. [ ] vocationes ad ministerium insignes Bénye, Torna [ ] recusat et cum Johanne Óvári ac Jacobo Pootsi itineri Academico se accingit (laudabili Disputatione Synodica in Göntz-Ruszká die 25 Februarii prius habita) 27 Aprilis, et superata tota Polonia ac Prussia per mare Balthicum venit in Belgium in Academiam Ultrajectinam die 27 Junii, Rector tunc [ ] fícus Petrus [ ].

## MDCLXXXIII.

Hoc Anno in Academia hacce sub Professoribus Celeberrimis Petro Maastricht, Hermanno Vitsio, Melchior Leydecker, Hermanno van Halen Theologiam, Joh. Leusden Philologiam, Gemdo de Vries, Joh. Lajss Philosophiam indefesso labore perdiscit, et ad invidiam aliorum in scientia omnium emergit, condiscipulis usus Steph. Komáromi, Sam. Kaposi, Sam. Szikszai, Fr. Makai, Sam. Zoványi, Sam. Váradi et coeteris 12. Hocque Anno Academias Leydensensem et Frenequeranam visitat. Ingenti morbo hoc etiam Anno affligitur ita, ut de reditu suo in Patriam pene desperaret.

## MDCLXXXIV.

Hoc Anno flagitante Typographo Excellenti Nicolao Tótfalusi correctionem Bibliorum Hungaricorum recipit et toto Anno inter coetera Studia labore plane Herculeo Biblia Hungarica hactenus satis incultantiori primaevo restituit insertis iis vocibus circiter 2000 adjuncto illi Samuele Kaposi, pro quo labore inaestimabili multorum odia et maliloquia praemii loco reportavit. Eodemque Anno Studiis praeprimis Philologicis maxime operam dat multum conferens correctioni Bibliorum scientia sua [ ].

## MDCLXXXV.

Hoc Anno cum a Debitore suo in Hungaria deceptus fuisset, multis ob paupertatem miseris [ ] us 96 Taleris a Professoribus mutuo erogatis in Hungariam redux cogitur, et sic 1 Aprilis cum Sigism. Gyarmati (qui ab eo 12 florenos ei debet) versus Patriam [ ] et post multa Impedimenta in Polonia et Hungaria ob Rebelles (cum in solo Oppido Rosnyó 10 Hebdomadis commorari coactus sit) Die 25 Octobris Tallyam pervenit Patriam multis malis expositam inveniens. Hocque tempore ad Pagum R [ ].

## MDCLXXXVI.

Hoc Anno a Curatoribus Scholae S Patakinae, ubi jam a tribus annis Studiosi Alba Julia egressi sine Professore hospitabantur, ad Gubernium Scholae vocatur, quod officium licet primum recusat, sed tandem amplectitur et opera praeprimis Pauli Klobusitzki<sup>1</sup> die 9 Februarii

<sup>1</sup> A Napló 51. l. szerint a curatorok egyike volt. Az ünnepélyes bevezetés febr. 11-én történt, »habita insigni oratione Inaugurali de restituto et reaedificato Templo secundo Hierosolimitano.«



inauguratur. Theologiam Amesii, linguam Ebraicam, Physicam et Metaphysicam suis, quorum tunc erat Senior Steph. Parasznai, laudatissime docet, habens Auditores circa 30. Eodem Anno 12 Augusti desponsat in uxorem Claram Rajtzi virginem,<sup>1</sup> quam 12 Novembris ducit. Eodemque Anno Pater ipsius moritur. Seniores primum habuit Steph. Parasznai.

## MDCLXXXVII.

Hoc Anno occupato Templo, totum Collegium per Papistas occupatur, quod post multa certamina Franciscus Klobusitzki cedere cogit die 24 Aprilis omnibus Scholae Civibus dispertis. Quo tempore Res omnium Ecclesiarum in miserrimo statu erant positae. a reliquiis tamen Israëlitis opera Senioris Tractus Abensis Andrea Gyöngyösi Göntzinum transporatur mense Julio, ubi Scholam sicut in mari aedificare incipit, a nullo plane Studiosorum comitatus, ibidemque prima Sobole Filia Eva Die 1. Septembris Domus ipsius augetur.

## MDCLXXXVIII.

Hoc Anno in Schola jam nova noviter docere incipit et suis Paucissimis non minore quam Patakini animo omnia boni Rectoris et Doctoris officia praestat, per literas supplices erogatis hinc inde Piorum Elemosynis, quibus Scholae ejus Cives sustentari et vitam trahere queant. In misera hac Schola satis angusta cum suis et aedificare cogitur, et vilia domicilia exstruere debet, quod et libenter, nihil grave ducens pro nomine Christi, facit, etc. Primum habens Scholae Seniores Steph. Szokolai Die 28. Junii constitutum.

## MDCLXXXIX.

Hoc Anno Editur ei in lucem Parvus Secundus Filius (qui haec scribit) Johannes 11 Junii, hora 7 matutina. Hocque anno cum Familiam jam [ ] proventu suo Sustentare haud quiret, animum adjecit, ut Nobilium Filios in Mensa sua interteneat, quos ad Annum usque 1703 Continuavit, Primum habens Nobilem Andream Kevély Patakiensem. Politicam, Historiam et Theologiam cum Logica hocque Anno laudatissime docet suis [ ] Senioratum gerente Petro Gőnyűi.

## MDCXC.

\*Hoc Anno insignem Conjugis suae Fratrem Adanum Rajtzi Affinem suum dilectum Adolescentem Anno aetatis 25. mortuum amittit Die 24 Martii. Hocque anno minister Ecclesiae illius Secundarius Franciscus Zemlénýi (quos ad huc binos, Gregorium Némethi et hunc, habuit) in Ecclesiam Cassoviensem transfertur et sic cum uno Collega manet. Grae-

<sup>1</sup> »Nobilis quondam viri Nicolai R. relictam filiam.« Napló, 190. 1.

\* NB. Hoc ad Annum sequentem 1691 referendum est. Tsétsi jegyzése.

cum, Hebraicam lingvam, Theologiam binis vicibus Logicam et Metaphysicam hoc Anno suis docet. Seniore Scholae habens Andream E. Debretzeni.<sup>1</sup>

## MDCXCI.

Hoc anno cum nullo ad huc palpabili Stipendio [ ] fuisset, tractus Fratrum Abensis ei confert Taleros Hungaricales 100. Hocque Anno domum suam Tertia prole Auctam videt nato filio ei Andrea die 1 Novembris, quem tamen mors ei subito die 20 Novembris eripit. Theologiam, lingvam Hebraeam, Logicam, Historiam et Physicam suis laudate docet. Seniore Scholae usus Georgio Miskoltzi.

## MDCXCII.

Hoc Anno cum tota sua Schola et Ecclesia ab Episcopo Neostadiensis Christophoro a Roxas<sup>2</sup> unionem Ecclesiarum meditante multum diuque vexatur et affligitur, sed omnibus ejus Conatibus resistit. Hocque Anno die 27 Septembris uxor eius doloribus maximis quartam prolem intemporaneam enititur in utero mortuam.<sup>3</sup> Seniore quem Anno praeterito habens Theologiam duabus vicibus, Metaphysicam, Historiam, Logicam et Ethicam docet.

## MDCXCIII.

Hoc Anno laudatissime Spartae suae Theologiam, Physicam, Logicam, Hebraicam docens [ ] per Jesuitas toto Regno Ecclesias persequentes tentari incipit, sed animo invicto iis resistit et Scholam cum Ecclesia tutatur ad stuporem omnium. Hocque Anno a nephario quodam officiali Germano apud eum impie hospitante, cum eius jussa facere nequiret, ferme glande trajicitur, a quo malo tamen Divina manus eum liberat. Seniore Scholae habens Stephanum Pósaházi.

## MDCXCIV.

Hoc Anno Generalis Caesareus Comes Johannes in Gronsfeld totam hyemem ibi Commorans incredibili amore et officiositate in eum ducitur, eumque quotidie Praedio dignum ac Dominiis vocat. Hocque Anno quintam suam prolem Filium Davidem videt die 4 Julii. Hocque Anno Grammaticam suam Hungaricam conscribit<sup>4</sup> et suis duobus hoc Anno civibus, cum Logica, Theologia, Metaphysica, lingua Graeca ac Ethica docet. Hocque Anno a Jesuitis tentari agressus multa ab iis patitur. Seniore hoc et sequenti Anno habens Stephanum Szederkényi.

<sup>1</sup> D. *Ember* Andr. 1690. márcz. 6-án lépett hivatalába.

<sup>2</sup> Ez ellen dolgozatot is írt: Resolutio ad propositionem Chr. a Roxas, episcopi Neostadiensis unionem ecclesiarum Romano-cath. et protestantium urgentis. (V. ö., Lampe-Ember).

<sup>3</sup> A napló 167. l. szerint a születendő gyermeket — ha él — Mihálynak nevezték volna. »Nominandus Michael.«

<sup>4</sup> Observationes orthographico-grammaticae. Megj. Lőcsén, 1708. Utóbb Szebenben, 1767.

## MDCXCV.

Hoc Anno Filium suum Davidem dilectum mortuum videt die 22 Januarii.<sup>1</sup> Hocque Anno Jesuitae Cassovienses oppido Göntz Jure Hypothecario potiti 31 Januarii, Scholam die 8 Martii invadunt, eumque variis modis, minis et pollicitationibus vexant et post multa Certamina die 25 Maii tota Schola et Ecclesia turbant per Praesidentem suum Stephanum Pető, sicque eum logicam, lingvam Ebraicam et Theologiam docentem in Capite de Creatione interrumpunt. Hoc Anno vocatur ad ministerium Ecclesiae Miskoltzinae, sed Patronis Scholae volentibus in Scholam Cassoviensem traducitur die 20 Maii, ubi Scholam et classem discentium in eundem ordinem, quo Göntzini erant, redigit et easdem facultates ibi quoque docet.

## MDCXCVI.

Hoc Anno nascitur ei Proles sexta Filius Josephus die 20 Januarii. Hocque Anno Scholam suam Cassoviensem Auri [ ] ad invidiam hostium resumit, Theologiam, Logicam ac Physicam cum Politica suis docens, sed per Jesuitas Cassovienses nunc iterum die 27 Martii ejicitur, a Commissariis nomine Caesaris locus Scholae et Templo in Suburbio assignatur, quem aliis recusantibus acceptat, et Congesta per litteras plurimas supplices Elemosyna Scholam primo aedificat, totum Annum aedificando et docendo consumens valde moleste et misere, Suamque familiam 1 Decembris eo duxit. Hocque Anno 3 Septembris Principem Transylvaniae Michaelem Apafi II. Viennam euntem salutat.<sup>2</sup>

## MDCXCVII.

Hoc Anno aedificata quadamtenus Schola, eum quem alibi Regendi et docendi ordinem observat, Theologia, Politica, Logica et Grammatica sua Hungarica laudate docta. Hocque Anno septimam prolem Filiam Mariam die II May videt. Hocque Anno usus est Seniore ut et Anno Praeterito Johanne Örvendi. Hocque Anno mense Augusto a Generale Cassoviensi Octavio Nigrelli ob suspicionem alicuius rei graviter vexatus est, honorifice tamen dimissus.

## MDCXCVIII.

Hoc Anno Scholae noviter aedificatae Partes [ ] erogatis item elemosynis per Literas supplices adjicit suo labore et fatigio indefesso, docens [ ] Theologiam, lingvam Ebraicam, Logicam et Historiam Ecclesi-

<sup>1</sup> A Napló 42. 1. szerint Dávid 6 hónapot élt. De quo hoc Distichon fecit :

Fili David eras Genitorum gaudia vivus,  
Luctus es at moriens, perpetuusque dolor.

<sup>2</sup> »in Suburbio Cassoviensi. Hora 2 meridiana.« Napló, 155. 1.

asticam. Seniore Scholae suae jam-jam restitutae habuit Stephanum Azari et Johannem Almási. Hocque Anno cum adhuc nullo ferme Stipendio docuisset, die 16 Januarii a Congregatis aliquot Patronis annua solutio florenorum 300 et Cubalorum Tritici 20 annuatim, designatur.

## MDCXCIX.

Hoc Anno a perpetuis suis hostibus Jesuitis clanculum tentatur, qui Scholam turbare agressi a Generale Cassoviensi impediuntur. Hocque Anno a foedissimis quibusdam Studiosis Papistis nefarie ferme lapidibus ante Scholam concutitur. Hocque Anno Cla. Steph. Pósaházi ex Academicis Belgicis Reduci ad Professoratum vocationem dat, qui tamen recusat. Habens Seniore Johannem Almási. Theologiam, Physicam ac Lingvam Ebraicam cum Grammatica Hungarica suis laudatissime docet. Hocque Anno Mense Novembri ingenti aegritudine premitur.

## MDCC.

Hoc Anno Dilectissimus Omnium Liberorum Filius Josephus moritur natus annos 4 cum dimidio Die 16 suae Infirmationis, Die 29 Maii. Hocque Anno a Jesuitis, praeprimis Francisco Klobusitzki pene exturbandus fuisset, nisi hostes hós Palatinus Hungariae, Paulus Esterházi Comitatus [ ] celebrans non consentiendo praepedivisset. Hocque Anno Theologiam et Grammaticam Hungaricam suis docet, Seniore Scholae habens Johannem Tsernahai.

## MDCCI.

Hoc Anno die 18 May Octava et ultima prole beatur, Filia Clara. Hocque Anno ingenti et intolerabili 9 Hebdomadum aegritudine premitur mensibus Julio, Augusto ac Septembrii. Quo aegritudine eoactus aquam as e XXVIII annos non bibitam degustat et ab eo tempore semper ea maxime delectatur. Hocque Anno Scholae Suburbanæ partem aliquam noviter adjicit. Eodemque Anno Mense Novembri iterum durissima aegritudine affligitur. Eodemque Anno Theologiam, Logicam et lingvam Hebraicam studentibus docet. Habens Seniore Stephanum Simándi.

## MDCCII.

Hoc Anno Tertium tentatur ab hostibus suis, sed Deus omnes Eorum Conatus eludit, Fran. Klobusitzki insidiante, quatenus Studiosi ne arma gererent, ut eo facilius Scholam Turbare quirent adversarii. Hoc quoque Anno Theologiam et Lingvam Hebraicam ultimum docet. Habens insigne et ultimum Examen Hebraicum Die 20 Julii. Grammaticamque Hungaricam ultimum docet. Per aliquot hosce Annos, Doctrina Logices Praesidibus Studiosis Commissa. Seniore habens Scholae Samuelem Tartzali.

## MDCCIII.

Hoc Anno Theologiam docens et absolvens die 3 Septembris. ob Generalem Hungarorum insurrectionem tota Schola turbatur Die 20 Julii, a quo die deficere incipit et ad 1 Novembris tota deficit. Ipse tamen cum sua familia et sex studiosis Scholam non deserit, sed inter armorum strepitus et bombardorum ejaculationes ad 31 Decembris defendit. procurat, tutatur. Hocque Anno partem adhuc insignem Scholae adjicere vult, sed ob hanc Causam praepeditur. Seniores anno hoc, ut et Sequenti habens Georgium Tornallyai multis [ ] tis die 1 Martii constitutum.

## MDCCIV.

Hoc Anno toto obsidionem aut blogradam in urbe Cassovia tolerat multis miseriis, fame, siti, injuria ab hostibus et adversariis allata, Deo tamen ita providente pacifice. Hocque Anno die 5 Januarii Schola penitus deseritur, ac mense Majo eius Plateae destruuntur. Eam tamen, ut potest, diligentissime procurat et ab hostibus plurimis vicibus destruere volentibus prudentissime defendit<sup>1</sup> usque ad 10 Augusti, quo die Armistitium factum est, et 20 Octobris, quo die urbs deditionem fecit. Quo facto studiosos eo retrahere multum diuque agit. Sed ii die 13 Decembris Scholam Patakinam in rudibus jacentem occupant. Hocque Anno mense Augusto in [ ] ssime ob multa mala aegritudine tangitur, ac soluta obsidione Cum Cla. Fr. Zemlényi Collega suo desideratissimo Synodum Göntzini Celebratam die 26 Novembris visitat.

## MDCCV.

Hoc Anno Scholam Patakinam visitat die 3 Januarii atque Seniori surrogat Martinum Almási eam iterum occasione synodi [ ] visitat die 25 Februarii. Hocque Anno jam multiplicatis in Schola Studiosis die 14 Maji cum Filio Patakinum venit, Familia sua Cassoviae relicta, ubi 15 Maji Seniori succedere facit Steph. Harsányi ac 18 Maji Theologiam ultimum docere incipit. Hocque Anno die 2 Septembris ad Comititia Szétséniensia venit missus ab Ecclesiis Reformatis,<sup>2</sup> ubi Principem Rakoczium die 4 Octobris salutatur<sup>3</sup> et inde die 10 Octobris redit. Hocque Anno Lexicon Latino-Vngaricum et vice versa emendat et placita Auctoris D. Fr. Pápai corrigit.

## MDCCVI.

Hoc Anno Scholae reditus resumuntur die 26 Januarii et 1 Februarii pro reducenda Familia Cassoviam venit, et inde 3 Martii reducit et 4 Martii hospitium suum reoccupat. Hocque Anno Logicam die 16

<sup>1</sup> V. ö. Bod, Historia Hungarorum Ecclesiastica. Lugduni-Batav. Tom. III. pag. 406.

<sup>2</sup> »Ratione Restitutionis Ecclesiarum etc. Comitatus Zemleniensis Reformatarum.« Napló, 154. l.

<sup>3</sup> A napló szerint: »in tabernaculo proprio, officiose . . . Hora 4 Meridiana. Ipso die Francisci.« 170. l.

Januarii ultimum docere incipit. Hocque Anno Filia eius dilectissima Eva moritur die 24 Aprilis post 5 hebdomadarum infirmitates, magna Parentum moestitia. Die 8 Martii Seniori succedit Petrus Almási Hocque Anno Die 16 Octobris metu Germanorum Cassoviam obsidentium Cum toto Oppido et Schola profugit atque 10 totis diebus in montibus et locis indebitis vagatur. Theologiam iam praeterito inchoatam docendo continuat. Hocque Anno die 10 Junii Hora 4 meridionali in Domo sua Scholari fulmine plane juxta eum decidente Gravissime exterretur. Hocque Anno die 21 Aprilis a Studiosis Albensibus, praepremis Greg. Kemleki eorundem Primipilo Coacta per eos Synodo [ ] non levi infamia afficitur.

## MDCCVII.

Hoc Anno die 20 Septembris Principem Rakotzium salutat.<sup>1</sup> Die 4 Martii Seniori substituit Johannem P. Vályi ultimum et miserrimum. Hocque Anno 20 Die Julii ultimum Examen Puerorum Celebrat et in hac Schola restituta primum. Hocque Anno die 5 Decembris<sup>2</sup> ultimam habet Professionem Theologicam de nono Praecepto et 7 Decembris Disputationem de septimo Praec.<sup>3</sup> et 9 Decembris infirmari incipit ex pedibus. Hocque Anno opus Historicum Erud. D. Pauli Debretzeni in MScriptis perlegit et emendat. Atque ita Steph. Pósaázi in officium Professoratus vocatio datur.

## MDCCVIII.

Hoc Anno lethali et emortuali toto infirmatur. Lingvam Ebraicam ultimum docere cogitat, sed aegritudo et mors praepedit. Cl. Steph. Simándi die 11 martii ad officia Professoratus vocationem dat et 20 Martii multis aegritudinibus affligitur. A suis Discipulis Scholae Primi-pilis plurima injuria afficitur et multum exagitur. Die 30 Aprilis ad Thermas ducitur valde infirmus, unde post 4 dies reducitur et multis Coacervatis in eum aerumnis, die 14 Maji Hora 12 meridiana minuta XXX pie et placide, dormienti similis moritur, et Sepulchro die 15 Maji impositus die 20 Maji humatur,<sup>4</sup> postquam vixisset Annos fere 58, Fuisset Professor ferme Annos 23 et Infirmatus fuisset Menses 5.

Currus Izraelis et Equites eius!

Et nos sequemur euntem.

<sup>1</sup> A napló 163. l. szerint: »Principem Franciscum R. II. Patakinum venientem cum tota Scholastica Turba ei obviam progressus honorificentissime salutat.«

<sup>2</sup> A napló 202. l. szerint; (VI Decembris) »Hoc die ultimam habet Praelectionem Theologicam de praeepto nono.«

<sup>3</sup> Respondentem habens Johannem Szétsi, cui opponerant: Georgius Szerentsi, Joh. Szent-Péteri, Steph. Göntzi. — Napló, 202. l.

<sup>4</sup> »Hoc die a sexto Die mortuus jacens Sepelitur in Cimiterio Patakiensi magna solennitate. Habente Concionem in Aula Collegii Cla. Martinus Zádorfalvi Ecclesiasta Ujheliensis et Seniore Vener. Tractus Zempl. Quem oratione vernacula excepit D. Petrus [ ] ludimagister Ujheliensis. In templo oppidi concionem habuit Cla. Paulus E. Debretzeni Ecclesiastes Liscensis.« Napló, 102. l.